



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

11. Insinuationis vsus, in executionibus vltimarum voluntatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

te nolente, ne voluntatem testatoris impediri,
 vel nimium differri contingat, poterit alius
 (nisi testator aliud expresse) officium exe-
 cutionis iniuncta, liberè adimplere. Cur hic
 non constituit Romanus Pontifex, alios esse sub-
 stituendos, vel adiungendos auctoritate epi-
 scopi: Credidit certè iniustum esse, ut vlla po-
 testas ingerat sese testationibus vltimis, vbi est
 executor. Multò itaq; iniustius esset, si adiun-
 gerentur alij executores: cum testator scrip-
 sisset aliquos coniunctim, & diuisim. Videtur
 enim singulorum industriam elegisse, quoad v-
 uis viueret. l. actione. §. morte. ff. pro soci. l.
 mandatum. in fi. ff. mand. c. vlt. de offi. dele.

11. Insinuatio quoq; non aliò pertinet, quam ut
 quæ semel peruenerunt ad notitiam publicam
 nõ possint deinde vllò modo interuerti. l. repe-
 tita. C. de epi. & cle. & l. consulta. C. de testa.
 Quod ius sumptum est ex tit. ff. quemad testa.
 aperian. l. consulta C. de testa. Non possunt e-
 nim faciliter interuerti ea, quæ apud magistra-
 tum publicata sunt, & ab omnibus cognoscun-
 tur.

12. Deniq; ut extrema tuendarum voluntatum
 prasidia